Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



206
213

Deus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorum me
ritis coequasti · concede propitius · ut qui commune
memoriale eius festa percolimus · ita quoque imi
temur exemplum · Per Secreta Annue nobis due ut per
abus famuli tui leonis hec nobis prosit oblatio
quam immolando totius mundi tribuisti relaxare
delicta · Per dnm Compl Quem domine sumpsi
mus sacramenta celestia que intercedente beato leone con
fessore tuo atque pontifice ad vitam nobis proficiant
sempiternam · Per Vigilia apostolorum petri et pauli
Dixit dominus petro cum esses iunior cingebas te et ambula
bas ubi volebas cum autem senueris extendes
manus tuas et alius te cinget et ducet quo tuum vis hoc autem dixit significans
qua morte clarificatus esset deum Ps Celi enarrant gloriam dei et
opera manuum eius annuntiat firmamentum Gloria patri Oratio
Pera quesumus omnipotens deus · ut nullis nos permittas per
turbationibus concuti quos in apostolorum tuorum con
fessione petra solidasti · Per Lectio actuum apostolorum In diebus illis
Petrus et iohannes ascendebant in templum
ad horam orationis nonam · Et quidam vir qui
erat claudus ex utero matris sue baiolabatque po
nebant quotidie ad portam templi que dicitur spe
ciosa · ut peteret eleemosynam abintrantibus in tem
plum · Is cum vidisset petrum et iohannem incipi
entes intrare in templum · rogabat ut eleemosynam
acciperet · Intuens autem in eum petrus cum iohanne
dixit · Respice in nos · At ille intendebat in eos spe
rans se aliquid accepturum ab eis · Petrus autem
dixit · Argentum et aurum non est mihi · quod autem
habeo hoc tibi do · In nomine ihu xpi nazareni surge